



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

117. Ne Episcopi sententia retractetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

ne ac potestate illius, cum quo initur conflictus, oportet liberari atque suis *liberter uti, & *licente suspectas personas convenit declinare qui se ab objectis ostendere cupit immunem.

Ne Episcopi sententia retractetur:

Ex Lege Romana.

CXVII. Constantinus Imperator dicit: Pro sanctis ac venerabilibus habeatur quicquid Episcoporum fuerit sententia terminatum, nec liceat ulterius retractari negotium quod Episcoporum sententia deciderit.

L: 1. Cod: Thodof. De episc. jud.

Si qua mulier mortem viri sui cum aliis consiliata sit. *Ex Concilio quod factum fuit ad Vermeriam temporibus Pippini Regis, cap. v i.*

CXVIII. Si qua mulier mortem viri sui cum aliis consiliata est, & ipse vir ipsius hominem, se defendendo, occiderit, & hoc probare potest, ille vir potest, ut nobis videtur, ipsam uxorem dimittere, & si voluerit, aliam accipiat. Ipsa autem insidiatrix, pœnitentiæ subacta, absque spe conjugij maneat.

Concil. Vermer. c. 5. Burchard. lib: 6. c. 41.

De ingenuo qui ancillam alterius acceperit.

Ex eodem, cap. v i i.

CXIX. Si quis ingenuus homo ancillam alterius uxorem acceperit, & æstimat quod ingenua sit, si ipsa femina postea fuerit inservita, si eam à servitute redimere potest, faciat; si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Similiter & mulier ingenua de servo alterius facere potest.

Concil. Vermer. c. 6. Burchard. lib: 9. c. 26.

R